



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. LXXXII. De Praenosticatione hujus Belli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Poppo de Osterna VI. Mag. Generalis Ord. Teut.
Hartmannus de Grunbach V. Mag. Prusie Provincialis.*

vonienfibus eſſet allectus, & in Regem Lithyanorum coronatus, ut vicem Cruciferis rependeret, ceſſit jure ſuo, quod habuit in Curoniam. Sed poſtea ad Ethnicifimum relapſus, Curoniam hoſtiliter ferro & igni vaſtavit; de quo noſter Duſburgius in hoc Capite. *Vid. Balth. Ruſſovv Part. II. Chron. Livon. Albert Wijuk Kojalovvycz part. I. Hiſt. lib. IV.*

- (b) Macce appellatur aliàs, ſive Matte. Id verò oritur ex confuſione literæ c. & t. quæ in Duſburgio frequens eſt. *vid. Cap. VII. ſiv.*
- (c) Rex Daciæ ſive Daniæ tunc tenuit Æſtoniam in Livonia. Huic Cruciferis opem tulit ex pactis *Vid. inf. cap. CCCXXXVI.*
- (d) *Ecce ab aliis vocatur.*
- (e) Burchardus von Hornhuſen.
- (f) Botte habet Jerofchinus & Auclor Chron. Antiq. Germ. in Bibl. Electorali Regiomontana.

CAP. LXXXII.

De

Prænoſticatione hujus Belli.

FRater Hermannus dictus Sarracenus cum de Caſtro Kuningsberg cum aliis fratribus ad bellum Curoniæ prædictum procederet, B. Virgo Maria apparens ei dixit: Hermanne ego ad Convivium filii mei te invito. Unde idem Fr. Hermannus dum recederet, dixit quibusdam fratribus: Valetè, à modo me non videbitis, quia virgo Dei genitrix me ad æterna gaudia invitavit.

AD IDEM.

Fuit in partibus Almanniæ Deo devota mulier in quodam ineluforio, quæ fuit ſoror Fratris Conradi de Wuzvvangen, qui poſtea fuit Magiſter Generalis Domus Teutonicæ, cui Dominus apparens, oſtendit ei hanc ſtragem in quadam viſione. Vidit

*Poppo de Osterna VII. Magister Gen. Ord. Teutonicis.
Hartmannus de Grunbach V. Mag. Pruff. Provincial.*

Vidit enim fratres & eorum armigeros cum infidelibus bellare & occidi, & eorum animas in cœlum ab angelis deportari.

ITEM de EODEM.

EAndem omnino similem visionem vidit quidam Rusticus triturator, vir simplex & rectus ac timens Deum in terra Pruschia, dum staret ante fores domus suæ, vidit manifestè in aère fratres cum Lethovinis bellantes, & vocavit ad se familiam suam & ait: Nonne videtis, quomodo nostri fratres pugnant cum infidelibus, modo fugiunt tum Prutheni quam Livonienses, modo fratres & pauci cum eis stant in bello seviriliter defendentes, undique vallati hostibus. Heu modo occiduntur. Nunc video B. Virginem Mariam & Sanctas Virgines & Angelos DĒI cum animabus ipsorum ascendere in cœlum. Inter has animas ut uterque vidit, duæ fuerunt eminentiores aliis, quæ fuerunt animæ fratris Hermanni dicti Sarraceni, & cujusdam fratris dicti de Glisbergk, de cujus statu in ædificatione Castri Christburg superius est præmissum. Concordabant etiam ambo in hoc, quod omnes animæ, quarum corpora in hoc conflictu Curonia ceciderunt, salvatæ fuerunt præter unam. Quæ fuerint Causæ damnationis suæ, nescio, DEUS scit. Ex hoc colligendum est, & indubitanter credendum, quod ipse CHRISTUS, per quem nihil in terra fit sine causa, hanc plagam præteritam & futuram apostasiæ in populo suo fieri permisit, ut hi interfecti mercedem promeritam reciperent in cœlis. Superstitēs autem in periculo constituti magis ac magis convalescerent in fide & confunderent non credentes quia virtus fidei in securitate periclitatur, & in periculis est secunda, & intelligas in operibus bonis idem.